Criſtus iohannem baptiſtā lau
dauit non preſentem. Mathei. xi.
Dans in hoc exemplum q̄ nullus
in p̄ſencia ſua debet laudari.
Phariſei volentes iheſum capere
in ſermone ceperunt eum laudare et
dicere magiſter ſcimus quia verax es
Mathei. xxii.
Orator ille tercibilis contra paulū
a principe ſacerdotum in principio
quieſcens adulatus eſt dicens felici
p̄ſuli ꝛc. Actuum. xxiiii.

De ambicione.

Locutus eſt aaron et maria cō
tra moyſen dicentes. Nonne
ſimiliter locutus eſt nobis
dominus et per hec verba videntur
principatum populi ambire. Nu
meri. xii.
Chore et complices eius ambien
tes ad regnum populi ceperunt po
pulum commendare moyſen vero ꝛ
aaron accuſare dicentes ſufficiat vo
bis q̄ omnis multitudo ſanctorum ē
cur eleuamini ſuper populū domini.
Numeri. xvi.
Amalech filius fratris gedeonis
callidos parauit ſe elegi p̄ amicos
ex parte matris ſue ſed poſtea peſſi
me ſucceſſit vtriſq̄ vtꝫ. Iudicū. ix.
Oliua et ficus voluerunt ſup̄ lig
na regnare ſed ramphus regnum
preſumpſit aſſumere. Similiter con
tingit in preſumptuoſis ibidem. Su
perbus aman ſcandus a rege habēs
diuicias multas et honores nichil ſe
habere putabat q̄diu mardocheum
ante fores regis videbat cuius mor
te m ambicioſe cupiebat ſicut patet.
ſter. v.
He

Audiens ſerō q̄ iudas congrega
uit eccleſiam fidelium ait faciā michi
nomen et gloriabor in regno et de
bellabo iudam ſed tn̄ ipſe cito fugit
a iuda debellat9. i. Macha. iii.
Cum vidiſſet ſymon magus q̄ p̄
impoſicionem manuum apoſtolorū
daretur ſpiritus ſanctus obtulit eis
pecuniam dicens date michi hanc
poteſtatem vt cuicumq̄ impoſuero
manum accipiat ſpiritum ſanctum.
Actuum. viii.
Ambiebat iaſor ſummum ſacerdo
tium et propter hoc mittebat regi
trecenta. lx. talenta argenti et alia
multa et tamen modico tempore ho
nore ſacerdocii functus eſt. ii. Ma
cha. iiii.

De amicicia.

Loquebatur dn̄s moyſi facie
ad faciem ſicut ſolet homo lo
qui amico ſuo Exodi. xxxiii.
Anima ionathe anime dauid fuit
cōglutinata et dilexit eam ſicut animā
ſuam. Regum. xix.
Nā expoliauit ionathas ſe tunica
ſua qua erat indut9 et dedit eā da
uid ibidē fuit ſignū fidelis amicicie
et dilectionis primi. Regū. xxxi.
Miſit abner nūcios ad dauid di
cēs fac mecū amicicias et erit man9
mea tecū et reducam ad te vniuerſū
iſrahel. ii. Regum. iii.
Cuſi amicus dei venit ad abſolon
et diſſipauit conſilium achitofel. ii.
Regum. xvii.
Propheta iheu dixit ad ioſaphat
q̄ ierat ad p̄lium cū impio achab re
ge iſrahel prebens ei auxiliū impio
prebes auxilium et hiis qui oderūt

deum amicicia iungeris Et idcirco
iram dei merebaris. ij. Parali. xix.
Audientes omnes tres amici Job
malū qđ accidiſſʒ ei venerunt ſingu
li de loco ſuo vt viſitarent eum et cō
ſolarentur quibus ipſe Job dixit ſub
uertimini amici veſtrū. Job. ij. iii.
Rex alexād̄er miſit Jonathe epi
ſtolam dicens audiuim⁹ de te ꝙ ſis
vir potēs virib⁹ ꝛ aptus ēs vt ſis ami
cus noſter. i. Macha. x.
Accepit ionathas aurū et argētū
et alia exenia multa et dedit deme
trio et inuenit graciā in oculis eius
et fecit eum principem amicorum. i
Machabeorum. xi.
Vidit ionathas ꝙ tempus iam iu
uat et miſit rome viros ſtatuere ꝛ
renouare cum romanis amiciciam. i.
Machabeorū. xij.
Poſtꝙ̄ alexander percuſſit demetri
um miſit ad tholomeū regem egipti
legatos vt ſtatuerent ad inuicē ami
ciciam ꝛ daret ſibi filiam ſuam in vx
orē. i. Machabeorum. x.
Propter veterē amiciciam quidā
aſtantes eleazaro pſuadebāt vt car
nes quas attulerāt quib⁹ ecā veſci
liceret māducare et ſimularet ſe car
nes porcinas comedere vt ſic poſſet
mortē euadere. ij. Macha. vi.
Laudauit dn̄s villicum iniquitatis
ꝙ prudēter feciſſʒ amicos ſibi acqui
rendo de bonis dn̄i ſui concludēdo
per hoc ꝙ per temporalia debēm⁹
nobis amicos acquirere qui nos poſ
ſint in eterna tabernacula recipere ꝛ
introducere. Luce. xvi.
Poſuit ecā dn̄s exemplū dē illis
qui media nocte vadūt ad amicos vt
petāt aliquid ab eis. Luce. xi.
In paſſione domini facti ſūt amici
pylatus et herodes. Luce. xxiij.
Cōmota ciuitate epheſeorū et cōfu
ſa quidā de aſia qui erāt amici pauli
miſerūt ad eum ne daret ſe in carce
rem. Actuū. xix.

De aſpectu et viſu.

Prima mulier viſo ligni vete
ti fructu pulchro tulit de illo
et comedit. Geneſis. iij.
Pulchritudo etiam mulierum viſa
multorū fuit occaſio malorū nam vi
dentes filij dei filias hoīm ꝙ eſſent
pulchre. Geneſis. vi.
Abrahā dixit ſaray vxori ſue noui
ꝙ pulchra ſis mulier et cū viderint
egipcij te interficient me et te reſer
uabūt. Geneſis. xij.
Volēs dyna filias regionis videre
ipſa viſa corrupta fuit Ge. xxxiiij.
Judas vidit thamar in biuio ꝛ cū
ea peccauit. Geneſ. xxxviij.
Vidit dauid de ſolario berſabee
ſe lauātē ex aduerſo quā tulit et po
ſtea virū eius occidit. ij. Regū. xi
Cum intraſſʒ iudith in conſpectu
holofernis ſtatim captus eſt i oculis
ſuis. Judith. x.
Vnde ibidē ſandalia eius rapue
rūt oculos illius et pulchritudo illi⁹
captiuam fecit animā eius.
Viderūt duo ſenes ſuſannā ſe quo
tidie lauātem et ortum intrantem ꝛ
deambulantem exarſerunt in cōcu
piſcēciā eius. Danielis. xiij.

De bellis et guerris.

Abraham cum paucis ſocijs
quatuor reges debellauit et
loth nepotē ſuum liberauit
Geneſis. xiiij.
Nota ꝙ in bello iuſto nōn tenetur